

**Dissertatio Jvridica, De Jvdicio Svmmario Peregrinorvm, Germ. Vom Gast-Recht  
: Occasione Ordinat. Jvdic. Rostochiensis De Anno MDLXXXVI. P. II. T. XI.**

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1733]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002309743>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 7.Mart.1733

Möller, Car. Henr.







13.  
DISSERTATIO IURIDICA,  
DE  
IUDICIO SUMMARIO  
PEREGRINORVM,

GERM.

Vom Gast-Recht,

OCCASIONE

ORDINAT. IUDIC. ROSTOCHIENSIS  
DE ANNO MDLXXXVI, P. II, T. XI.

QVAM

SVB AVSPICIIS DIVINI NVMINIS

CVM CONSENSV MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

PRÆSIDE

D. CAROLO HENRICO

Schöller,

IN ACADEMIA VARNIACA

DIE VII. MARTII, ANNO MDCCXXXIII.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET,

ELIAS MASCO,

L. L. STVD.

ROSTOCHII,

Typis IOHANNIS IACOBI ADLERI, SERENISSIMI PRINCIPIS  
& ACAD. Typographi.

1733

16.

DISSERTATIO IURIDICA

DE

JUDICIO SVMMARIO  
PERBERINORVM

GERM

Bohn Gott-Bredt

OCCASIONE

ORDINAT. IUDIC. ROSTOCHENSIS  
DE ANNO MDCCXXVI. P. II. T. XI.

QVAM

SVB AVSPICIS DIVINI NVMINIS  
CVM CONSENSU MAGNIFICI IUSTORVM ORDINIS

PRÆSIDIS

D. CAROLO HENRICO

Bohn

IN ACADEMIA VARNIACA  
DIE VII MARTII ANNO MDCCXXVI

M. L. C.

PATRICE DRESDEN

ELIAS MASCO

L. L. STVD.

ROSTOCHIA  
JACOBI ADLRI. SEKRETISSIMI FRANCIS  
& ACAD. Typograph



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE JUDICIO SUMMARIO  
PEREGRINORVM.

(Germ. vom Gast-Recht.)

§. I.



Peregrinorum favorem apud omnes fere Magnus fu-  
gentes magnum semper fuisse atque it peregri-  
eximium, historiarum satis testantur. norum fa-  
Exemplo jam nobis sint Romani atque vor.

Germani, quorum imprimis mores  
nosse solidae jurisprudentiae cupidi  
quam maxime interest. Magnum  
apud utrosque atque sanctissimum  
fuit jus hospitii, quod violare nefas

habitu summaque poena dignum facinus existimatum fuit.  
Comprobat illud cum aliis optimus ille Romanorum morum Apud Ro-  
testis CICERO, qui gravissimae suae in C. Verrem Praetorem manos.  
Siciliensem inuestigatae, ex eo inter alia ejus scelera, causam  
sumsit, quod hospitii jus violauerit, & Sthenium Ternitanum  
hospitem suum injuria affecerit. Sic enim *in orat. in Verrem*  
*L. 2. perorat: At quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni inju-*

A

ria

via affecisti? cujus absentis nomen recepisti? quem absentem non modo sine crimine, & sine teste, verum etiam sine accusatore damnasti? quem hominem? Dii immortales! non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est: non hospitem quod sanctissimum est; & paulo post: quare de hospitio violato & de isto tuo nefario scelere nihil queror. Conf. IDEM: L. 3. *accusat. in Verrem.* Sane hospites secundo gradu ac ordine officiorum, quibus ea prioribus potioribusque facere oporteret, si necesse esset in opera danda faciundoque officio aliis aliis anteferre, habitos a veteribus fuisse, constat ex MASURII SABINI *Lib. 3. Jur. Civil.* cujus haec sunt verba: *In officiis apud majores ita observatum est, primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini.* vid. GELL. *Noct. Att. L. 5. c. 13.* Imo adeo sanctum & religiosum, iis habitum fuit hospitii jus, ut & Jouem illi praeesse crediderint, hospitalem propterea appellari solitum. CIC. *pro Rege Dejot. c. 6.* & ad *Quint. Fratr. L. 2, Ep. II.* GLANDORP. *ad Hirtium de Bello Hispan. voc. hospites.*

## §. II.

Apud Germanos, tam in genere.

quam in specie apud Sianos.

Nec minor fuit Germanorum veterum hospitalitatis laus, quam mirifice depraedicat TACITUS in *libello de morib. Germ. c. 21.* *convictibus & hospitii non alia gens effusus indulget. Quemunque mortalium arcere tecto nefas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecerit, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam domum non inuitati adeunt, nec interest, pari humanitate accipiuntur. Notam ignotumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit.* Cum hac in excipiendo peregrinos facilitate, & victu eis praebendo liberalitate, summa etiam conjuncta fuit corporum ac bonorum imo famae ac dignitatis eorum sanctitas inuiolabilitasque, ita ut eam non seruare nefandum crudelissimumque facinus reputaretur: testis est CAESAR *de Bell. Gall. L. 6. c. 23.* Haec de Germanis in genere. In specie de Sianis terrarum nostrarum Megapolensium vetustioribus incolis idem commemorat HELMOLDUS *in Chron. Slav. L. 1, c. 82.* apud quos aedium & facultatum combustione puniuntur

nitum fuit denegatum hospitalitatis beneficium, digna sunt verba, quae hic apponam: *quia nulla gens honestior Sclavis in hospitalitatis gratia.* Et paullo post: *Si quis vero, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit, hujus domum vel facultates incendio consumere licitum est, atque in id omnium vota pariter conspirant, illum inglorium, illum vilem, & ab omnibus exhibendum dicentes, qui hospiti partem negare non timuisset.* Iisdem plane verbis hoc repetit KRANTZIUS in *Vandal.* L. 4. C. 23.

### §. III.

Sufficiant haec ad nostrum scopum de Romanorum aequae Germanorum erga peregrinos hospitalitate ac favore. Plura ac magis erudita suppeditat Vir immortalis memoriae B. SCHILTER in *Diss. de jure hospitii apud veteres*, quae *manuduct.* ad *Phil. moral.* est adjecta. Haud difficulter tamen ex his, quodnam reliquorum privilegiorum ac jurium peregrinis, tam jure Romano, quam moribus nostris, competentium fundamentum sit, conjicere licet. Nostrum jam non est, singula persequi. Recensent ea BRUNNEMANN, FICHTNER, MULLER, FRIDLIEB & SCHILTER in *Diss. de jure peregrinorum*, quare ea hic commemorare superuacaneum erit. De unico saltem, eoque inter alia non postremo jam paucula in medium afferre placet. Est illud, quod peregrini singulare judicium olim non minus, quam hodie, ad lites suas citissime dirimendas constitutum habeant, quod lingua vernacula *das Gast-Recht*, seu *Gast-Gericht* vocatur. Cujus originem pariter ac rationem paullo plenius exponere, eo magis e re erit, quo frequentius in ordinationibus judicialibus Germanicis, ut infra videbimus, ejus sit mentio, adeoque illius expositio a DD. haecenus non satis accurate tradita, magnum in theoria & praxi usum habere videtur.

Hinc varia peregrinorum jura.

Inter quae est *das Gast-Recht*.

### §. IV.

Originem ejus ex Jure Germanico, aut si vocabulum hoc displicet, ex moribus veteribus Germanorum petendam esse, tam unanimi omnium fere DD. consensu, quam rei ipsius

Cujus origo erit indaganda.

A 2

veritate

Apud Romanos peculiarem Praetorem habebant peregrini.

veritate constat. Non inutile tamen erit, etiam quid jure veteri Romanorum circa processum in causis peregrinorum obtinuerit, ad illustrandam hanc materiam, brevibus huc referre. Initio vnus saltem Praetor iudiciis priuatis Romae praefuit. Postea vero A. scilicet V. C. 510. ob negotiorum frequentiam & peregrinorum in urbem confluentiam alter est additus, qui *peregrinus* dicebatur teste POMPONIO in L. 2. §. 28. ff. de orig. Jur. & FLORO in Epit. Liv. XIX. His nimirum conditionibus, vt prior, qui *Urbani* nomen retinuit, solus jus diceret inter ciues, quemadmodum plebiscito Praetoriano apud Cenforinum sancitum legitur his verbis: *PRAETOR VRBANVS INTER CIVES IVS DICITO*; & Papiriano apud Festum; *QV CVMQVE PRAETOR POSTHAC FACTVS ERIT, QVI INTER CIVES IVS DICET, TRES VIROS POPVLVM ROGATO*. Peregrinus autem solus cognosceret vel inter peregrinos solos, vel inter ciues & peregrinos. Unde hic vocatur *PRAETOR QVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVS DICIT*, apud REINES. *Inscript. Class. VII. n. 10.* & ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΕΙΗ ΤΩΝ ΖΕΝΩΝ apud GRVTER. *Inscript. DIII.* Praeterea vt ille hoc esset honoratior, quod apud illum lege agere liceret, apud hunc non aequae, vti erudite ostendit FRANC. HOTOMANNUS de *Magistr. Rom. p. 121.* conf. CAR. BRETUS *ord. perant. jud. civil. c. 8.* quare etiam urbanus vno proprio quasi nomine honoratus dicitur apud OVID. *Fast. I. V. 52:*

*Verbaque honoratus libera Praetor habet.*

aeque tamen ac hic edicta proponebat.

An vero peregrino aequae ac urbano edictum in albo proponere, sibi que adeo proprium jus constituere licitum fuerit? an vero ex edictis praetoris urbani ipsi jus dicendum fuerit? inter antiquitatum indagatores disputatur. Posterius affirmant potestatemque adeo Jus Honorarium, de quo in § 7. *J. de Jur. N. G. & Civ. L. 2. §. 10.* ff. de orig. Jur. L. 7. ff. de Just. & Jur. mentio fit, constituendi; soli praetori urbano vindicant, BRETVS l. c. HOTOMANNVS l. c. JOH. GEORG. SCHVBART de fat. *Jurispr. Rom. p. 399.* NIEVPORT in *Succinct. explic. rit. Rom. c. 4. §. 5.* SCHILTER. *Diss. de Jure peregrin. §. 27.* Prius autem

autem defendit Clariff. REINOLDUS *Var. XXXVII. pag. 267 ob Legem. 9. §. 4 ff. de dol. mal.* ubi memorantur Labeonis libri praetoris peregrini, ex quo ad dictum praetoris peregrini commentatum fuisse Labeonem judicat. Sed non satis evidens hoc argumentum visum fuit Jcto prorsus eximio CI. HEINECCIO *in antiquit. Rom. L. 1. T. 2. §. 23.* quoniam Labeo potius officium praetoris peregrini in libro citato exposuisse ipsi videtur, quemadmodum etiam de officio praetoris vrbani egit in libris praetoris vrbani, quorum mentio fit in *L. 19. ff. de V. S. & praeterea ab his diversos libros ad edictum scripsit L. 1. §. 5. ff. de fugitivi. GELL. Noct. Attic. L. 4. c. 2.* Certiora itaque testimonia affert BOETHII *ad Cic. Top. Edicta*, inquentis, magistratum sunt, quae praetores vrbani & peregrini, vel aediles curules jura dixerunt, & THEOPHILI *ad §. 7. J. de J. N. G. & C.* ita παραφράζοντος: κατεξείρετον δὲ τὸ νομοτεθεῖον δικάσι, τῶ πραιτωρι τῶ οὐρβανῶ καὶ τῶ πραιτωρι τῶν περεγρίων. Quibus sane autoribus veteribus iisque satis idoneis adjutus posterio-rem hanc sententiam, veriore certioreque esse quilibet facile existimabit.

### §. V.

De modo procedendi Praetoris hujus peregrini, an diversus fuerit ab illo, quem vrbanus causis cognoscendis adhibebat, non adeo constat. Videtur tamen in plerisque idem fuisse. Nam certum, illum aequae ac hunc pro tribunali & ex sella curuli jus dixisse. Sic enim CAESAR *de Bello Civil. L. 3. c. 20.* scribit: *Isdem temporibus Romae M. Coelius Rufus praetor, causa debitorum suscepta, initio magistratus tribunal suum juxta C. Trebonii praetoris vrbani sellam collocavit, & si quis appellasset de aestimatione & de solutionibus, quae per arbitrum fierent, ut Caesar praesens constituerat, fore auxilio pollicebatur, ibique JOH. RHELLICANVS in notis. Add. L. FENESTELLA de magistr. Rom. c. 19. POMP. LAETUS de Magistr. Rom. c. 24.* Aequae ac vrbani etiam peregrini Praetor quotannis judices certos legere debebat, Ita enim per Legem Serviliam, quam C. Servilius Glaucia Praetor tulit, cujusque fragmentum ex aeneis Tabb. depromptum

Eodem quoque modo jus dicebat.

exhibet SIGONIUS *de Judiciis* L. 2. C. 27. erat constitutum; PRAETOR, QVI JVS INTER PEREGRINOS DICET, CDL. VIROS IN PERPETVVM LEGITO, QVI IN HAC CIVITATE JVDICENT. IDEM FACITO, VTI CDL. VIROS LEGAT, QVI QVOTANNIS DE PECVNIIS REPETVNDIS JVDICENT. Et paullo post: PRAETOR, QVI EX HAC LEGE QVAERET, FACITO, VT IS, QVI NOMEN DETVLERIT, DIE VICESIMO EX CDL. VIRIS, QVI IN EVM ANNUM FACTI ERVNT, CERTVM ADVERSARIO SUO LEGAT, EDATQVE. QVOS VERO IS EDIDERIT, EX IIS IS VNDE PETETVR, QVINQVAGINTA EDITO, LEGITOVE, QVI JVDICENT.

§. VI.

Nisi quod dies quibus sum privilegium, quod dies, quibus lege agi poterat, peculiare ab eis nomen acciperent. Sic dies, qui iudicii causa cum peregrino instituebantur, vocabantur Stati, ut ait MACROBIVS L. I. Saturn. c. 16. Fasti sunt, quibus licet fari praetoribus tria verba solemnia: Do, dico, addico, his contrarii sunt nefasti. Comitiales sunt, quibus cum populo agi licet: Et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest: Comitiales utrumque potest. Comperendini; quibus vadimonium licet dicere. Stati, qui iudicii causa cum peregrino instituuntur. Cui & congruit FESTVS voce status. Status dies vocatur, qui iudicii causa est constitutus cum peregrino. Meminit quoque ejus PLAVTVS in *curculion*, Act. I. Sc. I. v. 5.

*St status condictus cum hoste intercedit dies.*

& vadimonii deferendi causam praerberent. Nec minor illa videtur praerogativa, quod status ejusmodi dies legitimam civibus praebuerit vadimonii deferendi causam. Sic enim in LL. XII. Tabb. cautum VADES SVBVADES EXTRA QVAM SI MORBVS SONTICVS, VOTVM, ABSENTIA REIPUBLICAE ERGO, AVT STATUS DIES CVM HOSTE INTERCEDAT: NAM SI QVID HORUM FVAT VNVM JVDICI ARBITROVE REOVE EO DIE DIFFENSVS ESTO, GODOFR. & RAEVARD, ad XII. Tabb. Tab. 12. Ex quo haud obscure liquet

liquet , causas peregrinorum, [discussioni litium] inter ciues  
ortarum praelatas, & quam citissime dijudicatas esse.

§. VII.

Imo ex loco SENECAE , *Epist. CVI.* ita scribentis : *Itaque* Imo non-  
*dubitavi, utrum differrem te, an donec suus isti rei veniret locus, jus* nunquam  
*tibi extra ordinem dicerem. Humanius visum est, tam longe venientem* jus extra  
*non detinere ;* peregrinis procul advenientibus nonnunquam ordinem  
jus extra ordinem dictum esse, haud inique suspicatur vir peregrinis  
celeberrimus HEINECCIUS *in Synt. Ant. Rom. L. 4. c. 6. §. 12.* dicebatur.  
Addo, quod CAR. BRETUS *in ord. perant. jud. civil. c. 20.* in ea & non ae-  
fit opinione, quae in jure Romano de in jus vocandi vel ra- que ac ciues-  
piendi potestate constituta sunt, saltem obseruata esse, si ci- in Jus rapi  
uem ciuis in jus vocasset. Caeterum si cum peregrino ma- poterant.  
nus esset conferenda, nec trahi, nec rari eum in jus passos  
esse decemviros, sed diem duntaxat condici; idque ex verbis  
Legis XII. Tabb. §. *prac.* allegatis conjicit, vbi *STATI CVM*  
*HOSTE DIEI* fit mentio, nec alius cum peregrino congregi-  
endi modus veteribus legibus memoratur. Per hostem vero  
antiquis Romanorum legibus peregrinum intelligi, certum  
est. Quanquam rationem hujus denominationis non cum  
FESTO *voc. hostis* & BRISSON, *Select. antiqu. L. 1. c. 13.* ab hoste  
i. e. aequare, quasi perègrinus pari cum ciuibus jure vixisset,  
id quod cum Romanorum meribus haud consentit; sed cum  
*III. HOFFMANNO* ab odio Romanorum erga peregrinos, quos  
suspectos & a juribus ac finibus suae ciuitatis arcendos esse  
putarunt, repetere mallet vid *EJVS Hist. Jur. Rom. V. 2. P. 1.*  
*p. 174.* vbi & diuersas vocis peregrini in jure Romano signifi-  
cationes collectas reperies, quas doctissime alias explicuit  
SPANHEM. *in orb. Rom. Exerc. 11. c. 22. p. 515,* quasque hic re-  
ferre supervacuum erit, quoniam cuilibet facile apparebit,  
nobis sermonem fuisse de peregrinis, qui ex aliis civitatibus  
aut regionibus in urbem aduenae confluerunt, quorum  
quippe causa iudicium illud peculiare praetoris peregrini  
fuit constitutum.

§. VIII.

§. VIII.

Apud Ger-  
manos sim-  
plicissimus  
semper fuit  
processus.

tam anti-  
quissimis  
tempori-  
bus.

Verum de Romanis plus satis. Pergo ad Germanos, de quorum tamen tam moribus in genere, quam in specie de modo procedendi in iudicio pauca specialiora constant. Ut taceam, specialissima de processu ratione contra peregrinos plane incognita esse, de qua tamen ex generali iudiciorum apud ipsos forma facillimum erit iudicium. Illud certum est, majores nostros antiquissimis temporibus litterarum secreta ignorasse teste TACITO *de Moribus Germ. c. 19. litterarum secreta viri pariter atque foeminae ignorant*, ideoque in summa morum simplicitate vixisse. *Tota enim gens non astuta nec callida, plusque ibi boni mores valent, quam alibi bona leges* referente TACITO *l. c. c. 22.* Lites quoque inter eos perrarae fuerunt ob candorem, severam disciplinam, & habendi contemptum, imo etiam conseruandae libertatis ergo. *Non implacabiles*, inquit TACITVS *l. c. c. 21. inimicitiae durant*, & paucis interjectis: *utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae juxta libertatem.* Idem praeterea simplices populi mores haud obscuro sunt iudicio, simplicem quoque processuum in iudiciis rationem adfuisse, neque legum multitudine neque malitia advocatorum, neque lucri cupidine lites protelante, vti optime iudicat vir de patriis antiquitatibus immortaliter meritis CONRINGIVS in *Diff. de iudiciis reipubl. Germ. th. I. §. 17.* Imo huius suae simplicitatis adeo fuere tenaces, vt contra Quintil. Varum, qui apud Cheruscas more Romanorum iudicia instituere coeperat, conjurarint, Varoque & legionibus caesis, praecipue in caesarum patronos saeuierint. Refert illud FLORVS *L. 4. c. 12.* *Nihil illa caede per paludes perque silvas cruentius: nihil insultatione barbarorum intolerabilius, praecipue tamen in caesarum patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera sibilare desiste.* Ex quibus aliisque satis superque apparet, majores nostros, vti fide ac religione reliquis gentibus majores extiterunt, ita promptiorem quoque juris admi-

administrationem ex cultu morum ac legalium conventionum  
 haussisse, quam posteri ex legum scripturarum ac scriptorum ju-  
 rium multitudine SCHOTTEL *in pref. ad libellum de Singul.*  
*Germ. juribus.* Non tamen omni jure scripto desituti, cuncta sal-  
 tem pro libidine agebant, vti cauillabatur Tutor Batavus, apud  
 TACITVM *Hist. L. 4. c. 76.* sed etiam de Jurisdictionis limitibus  
 solliciti, principes habebant, qui ordinato satis procedendi  
 modo, breuissimo tamen ac simplicissimo, per pagos vicosque  
 jus redderent, poenasque pro ratione delicti infligerent, teste  
 TACITO *de M. G. c. 11, 12,* CAESAR *de Bell. Gall. L. 6. c. 23.*  
 Conf. Celeberr. STRVVIVS *in Syntagm. Hist. Germ. Diff. III.*  
 §. 2. HERTIVS *Notitia veter. Germ. pop. C. 4. §. 7.* CONRING,  
*de Orig. Jur. Germ. c. 1.*

### §. IX.

Medio quidem aevo, quamvis legibus iisque scriptis quam in  
medio ae-  
 magis abundare coeperunt Germani, quas multo studio col- vo.  
 legerunt BAS. JOH. HEROLDVS *in orig. atque antiquit. Germ.*  
*libris,* FRID. LINDENBROGIVS *in Cod. LL. antiqu.* STEPH.  
 BALVTZIVS *in capitular. Reg. Franc.* quarumque historiam  
 more suo eruditissime persequitur *Illustr. HOFMANNVS in*  
*spec. conject. pol. de orig. & nat. LL. Germ.;* a veteri tamen & sim-  
 plici in jure seruando dicendoque conditione parum recesser-  
 runt, sed stetit mansitque nihilominus iustitiae facilitas at-  
 que iurium certitudo. Quare & in ipsis LL. hujus aetatis  
 nullae de processu reperiuntur operosae tractationes. Hinc  
 omnes litium ambages erant incognitae, & probationes sta-  
 tim testibus, oculari inspectione, juramento, duello, vel  
 aliis probandi generibus, quae recenset DU FRESNÉ *in Glos-*  
*sar. voc. Ordalia, Lada, iudicium Dei, campus, Duellum, weading,*  
*&c* latius vero pertractat JOH. CHRIST. BECHMANN. *de*  
*iudicio Dei,* EPHR. GERHARD *Diff. de iudicio Duellico,* perage-  
 bantur; Has statim sequebatur sententia non aliunde petenda,  
 sed ab ipsis assidentibus Scabinis & iudice statim secundum  
 bonum & aequum, vel circa consuetudines & mores ab an-  
 tique

B

tique

tiquo receptos dictanda. Nulla hic processuum diuersitas, nulla inter ordinarium & sumarium differentia, nulla scripta, sed cretenus omnia peragebantur. Singula haec erudite exposita legi possunt apud FRID. BRUMMERUM *de Scabinis antiquis, aevi medii, & recentioribus.* HERTIVM *in Diss. de consultat. LL. & iudic. in special. R. G. J. rebus publ. T. 1. opuscul. inserta* CONRING. *de iudiciis reipubl. Germ.* qui tamen magis de personis iudicum, quam de modo procedendi antiquo egit.

## §. X.

Recentioribus demum temporibus prolixior factus est.

Recentioribus demum temporibus, introductis in academiis ac foro iuribus peregrinis, Canonico quidem prius, deinde etiam Romano, vetus illa Germanorum circa gerendas lites simplicitas & abbreviandas facilitas paulatim exoleuit. Receptionis vtriusque iuris historiam jam non referam. Abunde enim mihi otium fecerunt viri, de re litteraria, historia, ac iurisprudencia insigniter meriti CONRINGIVS, THOMASIVS, BEYERVS, HOFMANNVS, STRVVIVS, BRVNQVELL. *in Historiis Juris Germ. Add. KVLPIII Diss. de Germ. LL. veterum & Jur. Rom. in republ. nostr. orig.* Illud saltem memoro, processum Iuris Canonici, in foris saltem ecclesiasticis Germaniae initio vsitatum, successu temporis etiam ad secularia penetrasse, ibique cum iuris Romani placitis mixtum, veterem procedendi morem profus immutasse, quo facto non potuit non jus antiquum Germanicum insignem accipere cladem, & paulatim obsolescere, vti erudite, more suo, ac solide ostendit ICTORUM hodie facile princeps *Illustr. BOEHMERVS in diss. de praxi Jur. Can. in terris prior. & in Jur. Eccles. L. 1. T. 2.* Add. ZIEGLERI *Diss. de origin. & increm. Jur. Can.* nec non THOMASII *Cautelae circa Jurispr. Eccles. c. 21. sqq.* Equidem Scabini morum veterum tenaces & obseruantissimi, omnibus viribus bellum aduersus peregrinas LL. susceperunt. Sed vicit tamen Gratianus & Justinianus, parumque abfuit, quin Scabini tantum non omnes ex iudiciis & dicasteriis sint elimi-

eliminati, prouti exemplis comprobatur THOMAS. *in not. ad testam. Melch. Offii.* Hinc variae in foris ortae sunt tricae, variae ex LL. peregrinis elicidae technae, hinc processuum ambages, & litium pene immortalitas, ita ut non solum in comitiis tantum non omnibus vniuersalibus aequae ac particularibus de abbreviandis litibus actum sit, & huc dum agatur STRVV. *Hist. Jur. Germ. §. 43.* sed plurimi etiam privatae fortis Jcti eximii duobus abhinc seculis de corrupta jurisprudentia querelas instituerint, deque emendanda justitia consilia suppeditarint, quorum catalogum exhibet magni nominis Jctus, Serenissimo Cimbrorum Duci jam a Consiliis DN. WESTPHAL *de Orig. atque medela corrupt. Jurispr. ac Justit.* Conf. B. STRYK. *Diss. de Judic. princ. circa sol. fact. verit.* Sed optima consilia optatus hucdum destituit effectus.

## §. XI

Remanserunt tamen Germanis non solum ex antiquis Remanserunt tamen  
 moribus singularia quaedam jura in certis regionibus adhuc antiqui  
 usitata, in quibus colligendis maxima cum laude occupatus processus  
 fuit SCHOTTELIVS in *Tr. de Singul. quib. & antiqu. in Germ. Jurib.* vestigia,  
 Sed vestigia etiam ac umbra veteris jus dicendi mo-  
 ris in judiciis nonnullis, in maritimis praesertim ciuitatibus  
 & emporiis receptis, vbi singulari breuitate sine omni mora  
 aut processuum ambagibus lites determinantur, supersunt.  
 Refero huc processum in foro mercatorum *das Handels-Gericht* in foro  
*richt*, de quo constat, quod causae ibi obuientes celerime mercato-  
 de plano & ex aequitate non inspectis juris apicibus expedi-  
 antur. MEV. *in Comm. ad Jus Lub. L. 3, T. 7, art. 21. n. 1. sqq.* Ce-  
 lebratissimum inprimis est iudicium mercatorium Lipsiae au-  
 toritate Serenissimi Electoris anno 1682. constitutum, de quo  
 videri potest *die neue Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung*,  
 eod. anno typis mandata, cujus contenta refert BEYER, *in De-*  
*lin. Jur. Germ. L. 1. c. 14 §. 25.* Plura singularia, quae in foro  
 mercatorum obseruari solent, congeffit DN. LAVTERBACH.

in iudicio  
nautico.

in *Diff. de iure in curiis mercat. vfitato* & SIMON. in *Diff. de iure mercat. c. 9. §. 2.* Simile antiqui processus hodie vestigium cernitur in controuersias nauticas s. maritimas decidendi modo, vbi leuato itidem velo proceditur. Hoc sine in plerisque civitatibus maritimis separata iudicia & collegia ex personis, rei nauticae sufficientem notitiam habentibus constituta sunt, vbi hujus generis lites, praecedente summaria facti cognitione sine omnibus processus ordinarii ambagibus deciduntur. Dicuntur vulgo die Admiralitäts, Collegia oder See Gericht, quale iudicium Hamburgi, principe inter Germanica emporia, floret. Processus forma aliquo modo cognosci potest aus der erbaren Hansee Stadt Schiffs Ordnung und See Recht. It Ordnung des summarischen See Gerichts Process der Käyserl. freyen R. St. Lubeck nouiori editioni *Comm. MEV. ad J. Lub adjecta.* SCHOTTEL. de *Singul. Jur. Germ. C. 24.* REINOLD. *KVR CKE de iure maritimo.*

## §. XII.

in iudicio  
pro peregrinis.

Eodem in numero quoque habendum est iudicium peregrinorum, vestigia veteris Germanorum in processu gerendo simplicitatis ac celeritatis luculentissime spargens; vnde etiam SCHOTTELIVS *l. c.* inter antiqua Germaniae iura illud iure suo retulit, & integrum Cap. 15. ejus descriptioni destinavit. Idem fecit V. C. STRVVIVS in *Hist. Jur. Germ. §. 35.* Confer. BEYERI *Disquisitione de util. lect. academ. in Juris Germ. capita, Delin. eat. ejus Jur. Germ. praemissa,* vbi inter capita Juris Germanici etiam iudicium hoc summarium pro extraneis recenset. Praemissa igitur hisce generalibus, jam ad specialiora hujus iudicii explicanda progredior. Est igitur iudicium hoc peregrinorum species iudicii summarii s. extraordinarii, peregrinorum potissimum favore & causa institutum, in quo lites vel inter peregrinos solos, vel ciues inter & peregrinos ortae, absque iudicii strepitu de simplici & plano, sicque, quam fieri potest, citissime cognoscuntur ac terminantur. HAHN *ad Wesenb.*

ejus descriptio.

fenb. L. 5. T. 1. n. 5. MEV. ad Jus Lub. L. 3. T. 4. art. 8. & de Arrest. c. 17 n. 32. ZAHN, in polit. municip. L. 2. c. 40. num. 44. SCHILT, Diff. de Jur. peregr. §. 47. FRIEDLIEB a FRIEDENSBERG in pract. forens. c. 20. §. 2. Germ. dicitur das Gast-Recht, oder das Gast-Gericht, promiscue quidem, attamen diuerso vt mihi quidem videtur, respectu. Intuitu scilicet peregrini qui illud praetendit, dicitur das Gast-Recht, intuitu vero formae in illo obseruari solitae vocatur das Gast-Gericht. BE-SOLDVS, Thes. pr. voc. Gast-Recht. WEHNER, obseru. pract. ead. voc.

Germ. di-  
citur das  
Gast Recht.

### §. XIII.

Vocatur etiam alias das Kauff-Recht oder Kauff-Gericht, Item das quod plerisque in locis ematur, & non nisi solutis sportulis Rauff-Recht, concedatur, WEHNER. l. c. & ex eo FRIEDLIEB. l. c. in art. & quare. nos. ad §. 2. voc. Kauff-Gericht. Sed aliter videtur SCHOT-TELIO l. c. §. 4. Putat enim, non propterea iudicium hoc das Kauff-Recht dici, quod ab actore ematur, hoc enim ignotum videri in antiquitate Germanica, & ipsam praxin repugnare. Sed inde rationem hujus denominationis petendam esse, quoniam hoc iudicium semper respectum habeat ad mercaturae, commerciorum & in nundinis provenientia negotia, ideoque dici Kauff-Recht, quasi jus inter mercatores, jus in commerciorum negotiis obseruandum. Id quod etiam analogia compositionis Germanicae suadere ipsi videtur, cum dicimus Kauffmann, Kauffhaus, Kauffhandel, Kauffgeld, Kauff-Stadt, non tam ab emendo, quam potius a mercando. At si dicendum, quod res est, licet non inepta sit illa deriuatio, quam facit SCHOTTE-LIVS a mereando, quoniam iudicium hoc inter mercatores, si vtraque vel alterutra pars peregrinus sit, obtineat. Licet etiam facile ei concedam, in antiquitate Germanica ignotam fuisse emtionem, quoniam ob veterem candorem, & pecuniae penuriam non aequae facile interuentu pecuniae omnia obtineri poterant, ac quidem hodie. Attamen nec rejici-

cienda videtur aliorum opinio, quoniam casus existere possunt, ubi hoc iudicium ob peregrinitatem alterutrius vel utriusque partis litigantis etiam inter non mercatores locum habeat, & praeterea SCHOTTELIVS in eo fallat, quod iudicium hoc teste praxi emi non posse putet, cum potius ipsa praxis contrarium euincat, vti §. 22. videbimus. Cæterum differt iudicium hoc das Gast-Recht, ab alio, quod dicitur das Gastungs-Recht, de quo vid. NAEVII Jus Iusticiar. c. 5. §. 9. seqq.

### §. XIV.

obtinet in Saxonia.

Vsitatum esse hoc iudicii genus in SAXONIA, plerisque DD. videtur ob text WEICHBILD. art. 45 Wer es auch, das ein Bürger ein Gast ansprech und beklagt, oder ein Gast ein Bürger umb Schuld (mit gezeugen, so mögen sie das zu Stund wol richten, der Gast mus aber schweren, ob man es nicht entperen wil, das er ein frembd Mann sy, und also ferr gefessen das er das Ding in einen Tag nicht besuchen mög & Gloss ad art. 47. f. 87. Bekennet der Schuldiger die Schuld, der Richter mag ihm wol gebieten bey Sonnenschein oder bey einer Nacht zu bezahlen, so ferr, ob der Forderer ein Gast ist, und das er da beweist, das er das Gericht in einer Tagzeit nicht erlangen könne, das mus aber der Gast beweisen mit zweien seinen Fingern auf den Heiligen, das je ein frembder Mann sey. Sed dissentit ZIEGLER in Dicass. concl. 13. §. 31. cujustanquam de patrio jure testantis Doctoris verba huc afferre non displicebit. Memini, petiisse non neminem in iudicio harum terrarum supremo ad accelerandum processum jus hospitalitatis Das Gast-Recht. Legerat ille forte in glossa des Weichb. ad art. 47. Bekennet der Schuldiger & c. Sed enim quis non videt pertinere haec non ad processum, & iudicium, sed ad executionem, quae fit in reum confitentem cum quo propterea nec lis intelligitur. Et dicitur ibi hoc principaliter, quod iudex reo confitenti extra diem iudicii destinatum & absentibus assessoribus atque scabinis terminum solutionis praefigere possit, praestito tamen prius ab actore iuramento. At in executionibus terminum alias lege praefixum pro re nata abbreviare

*brevari a iudice posse ex L. 2. ff. de re jud. constat. Atque hoc dif-  
ferre in casu eo quo creditor e longinquis regionibus venit, permittum DD.  
Litem hanc componere nostrum non est, sed DD. Saxonicorum. Saltem in Ducatu Vinariensi illud non incognitum esse  
comprobat citatio zum Gastrecht, quam ex cancellaria Vina-  
riensi extractam exhibet SCHILTER Diff. de jur. peregr.  
S. 47. not. a.*

## §. XV.

Obtinet tamen in *SILESIA* & in primis *Wratislaviae* testan- In Silesia  
te *SCHICKFUSIO* in *Chron. Siles* L. 3. c. 22. p. 518. Mag  
ein Frembder wider einen Frembden zu Gastrecht seiner Anforde-  
rung halber fürkommen, ein Bürger aber weder für sich noch in  
Macht eines Frembden nicht; denn er seine Ansprüche wie-  
der den Frembden bey den ordentlichen Stadt-Recht vor-  
bringen muß, und in denselbigen sich rechtfertigen lassen. Je-  
doch wo der Gast das ordentliche Recht zu erwarten Beschwehr  
trüge, so ist ihm frey und zugelassen, ein Gast-Recht wie oben  
vermeldet zu bestellen. In Ducatu *WURTENBERGICO* vid. Fürstl. in terra  
Wurten-  
bergica.  
*Würtenb Land-Recht part. 1. T. 5. S. fin.* nñ aliter tamen quam  
in loco iudicii competente und da der ordentliche Gerichts-Tag  
nicht erwartet werden, noch die Sache Verzug leiden möchte. In Tyrolensi.  
*Comitatu TYROLENSI*, vid. die Landes-Ordnung der Fürstl. Graf-  
schaft Tyrol. L. 2. T. 39. In Principatu *ONOLTZBACENSI*, vid. Onoltzba-  
censi.  
*Die neue Fürstl. Brandenburg. Ampts-Ordnung zu Onoltz-  
bach. Tit 9. S. 4.* In Ducatu nostro *MEGAPOLITANO*, si non  
explicite tamen implicite, vid. *Ordinat. Cancell. Gustrov. p. 2.* Megapoli-  
tana.  
*T. 1. S. 9.* vbi ita dispositum legitur. Und sollen die Richter für-  
nehmlich den Frembden und Ausländischen schleunig, und wo mög-  
lich, auf einen Gerichts-Tag verhelffen. In primis vero in ci-  
vitatibus maritimis & Hanseaticis viget hoc iudicium. De *LU.* Lubecae  
*BECA* vid. *Jus Lubecense* L. 3. Tit. 4. art. 8. Es seke entweder  
ein Bürger einem Gaste, oder ein Gast einem Bürger ein  
Pfand, so soll man auf einerley Weise innerhalb 3 Wochen vor  
den Gericht nach üblichen Gebrauch procediren, ibique *MEV-*  
*Item* L. 4. T. 4. art. 12. Stellet einer wider den andern in  
dem

Rostochii. dem Nieder- oder Gastgericht seine injurien Klage an &c. De usu ejus in civitate nostra *ROSTOCHIENSI* satis testatur *ordinat. judic. de anno 1586*, quae in *P. 2.* peculiarem exhibet *Tit. II*, vom *Gastrecht*, vbi *judicii hujus formam ac processum ab AMPLISSIMO SENATU* pulcherrime & accurate determinatam reperies, vnde etiam hic locus ab omnibus fere *DD.* *judicii hujus mentionem facientibus non sine elogio citatur.* Imo quae vbiq; fere de hoc *judicio recepta sunt*, ibi inveniri, testatur *MEVIVS ad Jus Lub. L. 3. T. I. art. 1. n. 52. & ad tit. 4. art. 7. n. 2.* Quapropter eo minus in describenda adhuc brevibus *judicii hujus ratione, ordinationis hujus dispositionem sequi dubitamus; probe tamen gnari, tritum forensis, vti in aliis judiciorum formis, sic etiam in hac variare posse; ideoque si alicubi locorum aliter, quam hic tradimus, disposita reperiuntur, nostrae illud negligentiae, quibus omnia statuta particularia noscere haecenus non licuit, nemo aequus rerum aestimator imputabit.*

## §. XVI.

Causa introducendi hujus *judicii primaria.*

Causa introducendi hujus *judicii potissimum fuit duplex.* *Primaria est favor peregrinorum, ne isti nimis diu ad litigandum in judicio detineantur, & in alieno loco cum magno quandoquē irreparabili damno juris executionem expectare cogantur.* Quare illis citissime *juris auxilium porrigere ratio & aequitas monent, vti optime judicat MEV. ad Jus Lub. L. 3. T. I. art. 1. n. 51. ZAHN. in polit. munic. L. 2. c. 40. num. 46. Specialiorem adfert rationem SCHILTER. de Jur. peregr. §. 47. quod causae antiquis temporibus nec per mandatarios agerentur, nec singulis diebus, vti hodie fieri affollet, sed aliquot saltem mensium aut septimanarum spatium semel jus redderetur. In tanto igitur justitio peregrinus alieno in loco juris executionem expectare coactus, damnum sine dubio incurrebat; quare merito ipsi petenti extra ordinem hoc juris auxilium porrectum fuit. Conf. IDEM Exerc. ad ff. 23. §. 28.*

*Secundaria* *Secundaria est favor commerciorum quoniam enim lites inter peregrin-*

peregrinos solos, vel peregrinos inter & cives plerumque negotiationes concernere soleant, hinc ad mercaturae vigorem & commerciorum fidem summopere conducit, causas extraneorum summarie & extra ordinem cognosci, ne sc. hi per litium ambages diuexentur, adeoque ob longas moras a commercandi cum ciuibus voluptate absterreantur. MEV. l.c. & ad Tit. 4. art. 7. n. 1. It. ad L. 5. T. 4. art. 2. SCHOTTEL. l.c. §. 1. GEORG. LOEB. de arrest. & repress. n. 904. RHETIVS Diss. de Hospitatura. c. 4. §. 5.

## §. XVII.

Personae, quarum causa hoc iudicium constitutum, a Locum habentibus, tanquam subiecto suo, nomen accepit, sunt peregrini, & quidem si vel inter se vel cum ciuibus litigent. SCHILT. MEV. SCHOTTEL. loc. cit. jung. ordinationes §. 14. 15. citatas. Inprimis Ordinatio civit. nostrae ROSTOCHIENSIS verba huc afferre lubet. Ita enim P. 2. T. II. §. 1. dispositum legitur: Weil das Gastrecht eine geraume Zeit alhier in üblichen stetigen Gebrauch gehalten worden, und zu schleuniger Abhelfung aller Sachen / da ein Frembder oder Ausländischer einen andern Frembden oder Ausländischen, oder ein Frembder einen Bürger, oder ein Bürger einen Frembden, oder auch ein Bürger, welchem eine Action von einem Frembden cediret, einen andern Bürger zu besprechen, sehr dienstlich, so wollen wir auch darob festiglich halten. Tres hic referuntur casus, quorum primus ac alter ordinarius est, vltimus paululum singularis videtur. Examinabimus singulos. Primus est: quando peregrinus cum peregrino litigatur, da ein Frembder oder Ausländischer einen andern Frembden oder Ausländischen &c. Quis vero hic dicatur peregrinus, quilibet facile videbit. Ille scilicet, qui non in loco, vbi litigat, domicilium suum habet, sed tantum commercandi [causa], vel ad alia negotia expedienda ibi ad tempus commoratur. Non igitur vox peregrini in sensu

C

ali

aliquo ex jure Romano noto, hic comprehendit omnes illos, qui non sunt ciuitate donati, licet in loco iudicii habitent, qui communiter hodie vocantur incolae; sed contradistinguitur & ciuibus & incolis, eosque solum complectitur, qui tanquam exteri in loco aliquo degunt. Illustrant hoc synonyma a DD. in hac materia adhiberi solita, cum personae, quibus hoc iudicium competat, dicantur ab illis vel peregrini, vel aduenae, vel hospites, vel peregrinantes, vel extranei; quibus uocibus quinam intelligantur, cuiuslibet satis notum est. Vid. interim SCHILT. de jur. peregr. §. 3. seqq. Explicat idem vox Germanica Gast. Licet enim & huius uocis non una sit significatio, cum vel denotet aliquando quemuis hominem ad omnia paratum, promptum ac habilem ut BESOLD in Th. pr. voc. Gast refert; vel illos, qui voluptatis gratia in cauponis conueniunt, ibique uina aliaque luxuriae fomenta sibi ministranda curant, vulgo Wein und Bier Gäste; vel hospites honoris gratia conuenientes, so zu Gaste gebeten; vel denique qui tanquam peregrini in loco aliquo morantur; cuius tamen statim patebit, in hac materia postremos saltem intelligi, id quod uerba ex ord. Rostoch. modo allegata: ein Frembder oder Ausländischer: satis comprobant. Quisnam ueteri jure Saxonico dictus fuerit peregrinus ein Gast, ille sc. qui ultra undecim milliaria habitabat. vid. Sent. post. Spec. Sax. p. 2. c. 4. Dist. 1. in fin. His igitur, quando inter se colligantur, competit iudicium peregrinorum, das Gast-Recht.

## §. XVIII.

inter ciuem & peregrinum.

Secundus casus est, ubi ciuem inter & peregrinum illis intercedit, siue actor sit peregrinus siue ciuis. Verba ordin. saepe cit. haec sunt: oder ein Frembder einen Bürger, oder ein Bürger einen Frembden &c. Et quidem haud exiguum hic attendendum est peregrinorum priuilegium. Cum enim  
alias

alias actor sequatur forum rei, & licet ille priuilegiatum habeat forum, imprimis ratione personae suae, tamen non obstante priuilegio reum coram foro suo ordinario conuenire debeat. *Illustr. BOEHM. Jur. Eccl'es. L. 2. T. 2. §. 51;* Neque etiam alterutra pars invita vel inconsulta alia impetrare possit, vt causa summariter decidatur. B. BRVNEM. *Proc. civil. c. 1. n. 17.* peregrino tamen hoc datum est, vt non solum ciues ad forum suum extraordinarium protrahere; sed etiam absque praeuia cum ciuibus conuentione processu n summarium ad lites suas decidendas impetrare possit. Tertius casus est; vbi ciuis contra ciuem actionem a peregrino cessam instituit, secundum verb. *ord. cit. oder auch ein Bürger, welchem eine action von einem Fremdden cediret, einen andern Bürger zu besprechen, &c.* Singulare quidem hoc videtur, cum iure communi potius asserendum sit, jura personalia cedentis, cessa licet actione, cessionario non competere, quoniam jura actioni saltem, non etiam personae cohaerentia, in cessionem veniant. Priuilegia enim personalia personam non egrediuntur *L. 68. ff. de R. J. L. 42. ff. de administr. tut. c. 7. de R. J. in 6to*, igitur nec in alios transferri nec cedi possunt. *BRVNN. de cess. act. c. 4. num. 82. & ad L. 6. ff. de haered. l. act. vend. BERLICH. P. 1. Concl. 65. n. 97 seqq. CARPZ. P. 1. c. 28. Def. 95. n. 6. seqq.* Contrarium tamen adferuit *TITIVS in not. ad Lauterb. Tit. de haered. l. act. vend.* Item *FRANTZKIVS L. 1. Resol. 14 num. 44. seq.* modo cedens adhuc viuat, vel eo viuente adhuc lis fuerit contestata, & cessionarius directa actione non vtili experiatur. Imo & *MEVIVS P. 4. D. 151. P. 7. D. 51.* ea tamen sub limitatione, si nimirum intersit cedentis, cessionarium frui priuilegio personali. veluti si periculo cedentis facta cessio, hicque adeo damnum exinde experiatur. Non jam de definienda hac controuersia sollicitus ero. Sufficit enim per ordinationem nostram constitutum esse, ciuem cessionarium etiam priuilegio personali peregrini cedentis quoad forum vti posse. Quod an in aliis quoque locis obtineat, ex iure & praxi eorum particulari addiscendum erit.

inter ciuem  
ex actione a  
peregrino  
cessam a-  
gentem &  
ciuem.

§. XIX.

An etiam  
inter ciues  
absque ces-  
sione agen-  
tes.

Sed an ciui contra ciuem , etiam extra casum modo expositum , iudicio hoc vti licet ? Quantum mihi videtur , hoc negandum est. Cessante enim causa , cessat effectus. Cum igitur hoc iudicium in favorem peregrinorum praefer- tim , vt §. 16. monui , ob loci forte , vbi reus conveniendus habitat , longam intercapedinem ab ipsorum loco domicilii , ex humanitate & miseratione , ad avertendas eorum mole- stias , sumtus , moras , introductum sit ; ergo cessantibus his rationibus , cum e contra ciues non longe ab invicem disti- ti facillimo negotio brevique temporis spatio ad iudicium se- se trahere possint ; iudicium hoc ciuibus propitio jure dene- gari potest , vti satis aequè iudicat FRIEDLIEB in *Pract. foren.* C. 20. §. 4. vnde a usim affirmare , si quando hoc iudicium inter ciues etiam obtineat , id fieri per extensionem , ob favo- rabilitatem hujus iudicii quidem non vituperandam , contra finem tamen ejus primarium introductam. Consentire no- biscum videtur *ordinatio nostra Rostochiensis* , vbi nulla de casu litium inter ciues exortarum fit mentio , nec iudicium hoc- ce ad illos extenditur , nisi in vnico illo casu , si actio a pe- regrino cessa , quem excipere certe supervacaneum fuerit si generaliter etiam inter ciues locum haberet das *Gastrecht*. Exceptio enim firmat regulam in casu non excepto. Sic vi- detur in theoria esse statuendum , praxin tamen hoc iudicium etiam inter ciues sine exceptione admittere , e viris patriae observantiae peritissimis didici. Apertius ciuibus illud de- negatum est in der *Brandenb. Ambts-Ordnung* zu Onoltzbach , *Art. 4. §. 4.* Zum vierdten vermercken wir , daß etliche unsere Unterthanen oftmahlen besonder Gastgerichte wieder einander zu Rauffen pflegen ; Wann aber dergleichen Gastgerichte nicht auf unse- re Unterthanen oder Einheimische , die einander alle Sage zur Stelle haben können , sondern vornehmlich auff die auswändige Persohn gemeint ,

gemeint, welche ihrer weit Entfessenheit oder anderer Ungelegenheit halber den ordentlichen Gerichts-Termin nicht allezeit abwarten können: So wollen wir hiemit zu Verhütung mehrers Kostens befohlen haben, daß sich unsere Unterthanen ermeldeter Gastgericht ( wo nicht sonderlich Noth, oder Eilwerck vorhanden ) hinführo gegen einander enthalten, an den ordentlichen Gerichten genügen lassen, und also besagte Gastgericht allein den Fremden, die es sonderlich begehren und nothdürfftig, verstattet werden. Equidem etiam in hac ordinatione excipiuntur casus summae necessitatis & periculi in mora, quibus etiam ciuibus iudicium hoc extraordinarium concedi possit. Sed quantum mihi videtur, si quando ciuibus ob causae qualitatem summarius processus concedendus est, non tamen statim dici potest eos vti privilegio peregrinorum, nisi per consuetudinem loci, vox Gastgericht synonymum factum sit a iudicio summario, & omnem adeo processum, extraordinarium, denotet.

§. XX.

An vero & subditi ejusdem principis, & licet alienae ciuitatis, ejusdem tamen provinciae incolae, pro peregrinis habeantur, ita vt ex vna ciuitate in alteram ejusdem provinciae adueniens iudicium hocce extraordinarium jure petere possit, de eo magis dubium videtur. Affirmat illud FRIEDLIEB. *l.c. in annot. ad §. 2. voc. hinc peregrini in gratiam*, putans per peregrinos intelligi quoscunque aduenas, qui in illo loco vbi degunt aut negotiantur, aut peregrinantur, vel plane exteri, vel ejusdem quidem principis aut magistratus subditi sunt, interea tamen diuersis in curiis & civitatibus subsistunt, & tam ex alia ciuitate, licet non alia provincia, quam ex alia ciuitate & provincia simul, accedunt. Sed mihi potius distinguendum videtur, an lites, quae aduenam inter & incolam alicujus ciuitatis oriuntur, sint magni momenti, & ita

An inter subditos ejusdem principis?

& ita comparatae vt moram admittant; an vero exiguae, & citissimam ob imminens ex mora periculum decisionem requirant. Priori casu, aduenam ad ordinarium processum ob nullum ipsi inde emergens praeiudicium ablegandum puto, vt reum coram competente foro conueniat, & ordinariam litis decisionem expectet. Posteriori casu vero, aduenae quam citissime jus dici, & litem ipsius leuato velo sopiendam esse, omnino aequum erit. An vero ex iure peregrinorum hoc praetendere & propterea omnia singularia des *Gast-Rechts*, sibi iure expetere possit, ne affirmare quidem ausim ob dicta §, *praeced.* Nec parum in hac sententia me confirmat verbum; *Ausländischer*, in *ordinat. nostra Rostochiensis l. c.* adhibitum, quod certe non ejusdem sed alienae provinciae incolam denotare solet. Nullum tamen est dubium, in quibus locis ipsis ciuibus inter se conceditur das *Gastrecht*, in illis multo magis alienae ciuitatis, licet eidem principi subiectae, incolam illud petere posse; Atque sic in foro nostrae ciuitatis obseruari comperi.

§. XXI.

Quaenam  
causae co-  
ram hoc ju-  
dicio ven-  
tilari pos-  
sunt?

Venio ad causas, quae coram hoc iudicio ventilari possunt. Regula est, omnes causae, quarum intuitu peregrinum inter & ciuem lis oritur, coram hoc iudicio trahi possunt. Quoniam enim extraordinaria haec processus ratio potissimum intuitu personarum peregrinantium introducta est, nullo ad qualitatem causarum habito respectu, consequens est, privilegium hoc personale peregrinis in quibuscunque eorum processibus impertiendum esse. *Consentit ordin. nostra Rostochiensis l. c. §. 2.* Und weil auch gebräuchlich, daß obberührte Personen einander vor gedachten *Gastrecht*, nicht allein öffentlicher beweislicher Schuld, sondern auch aller andern Sachen halber, allein die ausgenommen, da der Be-  
klagte

flögte ex vinculis antworten muß, besprechen können, so lassen wir es auch nochmahls dabey beruhen. Ad specialia igitur causarum exempla progredi non erit opus. Vnum tamen atque alterum addam. De debitis liquidis coram hoc iudicio agi posse, testantur verba *ordinat. nostrae* modo citata. Pignoris persecutio, vti alias res summarii processus, ita etiam coram iudicio hoc extraordinario, illam instituire licet, *vid. Jus Lub. L. 3. T. 4. art. 7.* Es sehet entweder ein Bürger einem Gast, oder ein Gast einem Bürger ein Pfand, so soll man auff einerley Weise innerhalb 3 Wochen vor dem Gericht, nach üblichen Gebrauch procediren, ibique MEVIUS. Etiam injuriae coram hoc iudicio vindicari possunt. Sic enim in *Jur. Lub. L. 4. T. 4. art. 12.* scriptum: Stellet einer wieder den andern in dem Nieder- oder Gast-Gericht seine injurien Klage an &c. Et quia causae arrestorum plerumque contingunt forenses vel extraneos hinc in favorem eorum receptum, vt & illae citissima hac processu ratione terminentur. MEV. *de arrest. c. 17. n. 32.* COCH. *Prax. for. Germ. P. 4. C. 3. §. 8.* Excipiuntur saltem in *ordinatione nostra* illi casus, vbi reus ex vinculis respondere tenetur, da der Beklagte ex vinculis antworten muß. Quinam vero hi sint, huc referre nimis longum erit & supervacaneum Tradunt eos DD. in materia de citatione reali, & *ad Tit. ff. de custod. & exhib. reor.* Item *ad Tit. de cess. bonor.*

## §. XXII.

Restat, vt de forma hujus iudicii pauca addam. Inter praeliminaria refertur veteri jure Saxonico, quod peregrinus petens das Gastrecht, probare debeat se tam longe abesse a foro ordinario civis conveniendi, vt vnus diei intervallo ad illud pervenire nequeat. WEICHB. & *Gloss. §. 14. alleg. Conf. MOD. PIST. V. 1. Conf. 58. n. 1.* An hoc in aliis quoque locis obtineat, in medium relinquo. Jure certe nostro

ROSTO-

Inter praeliminaria hujus iudicii est.

quod emi  
debeat.

ROSTOCHIENSI illud incognitum videtur, secundum quod tamen aliud requiritur, scilicet vt certae quaedam sportulae ab actore, antequam iudicium hoc aperiatur, numerentur, quarum tamen solutio non reiteranda, licet res in primo termino non decidatur. Ita enim in *ordin. judic. l. c. §. 3.* constitutum est: So kan und soll auch das Gastrecht der klagenden Partheyen täglich . . . gegen Darlegung der alten gewöhnlichen Gebühr geheget, und eröffnet werden. §. 4. Jedoch wenn solche Gebühr auch einmahl entrichtet, so ist der Kläger, und da gleich der Sachen auf den ersten Termin nicht abgehulffen, sondern mehr Rechts-Tage davon gehalten werden müssen, derselben volgendts und so lang die Sache am Gastrecht unerörtert hangen bleibt, entfreiet. Id quod in aliis quoque locis receptum esse non obscure testatur WEHNER in *obs. pract. voc. Gast.* Ex quo satis apparet, errasse in eo SCHOTTELLUM, quod emtionem hujus iudicii praxi prorsus repugnare, ac propterea deriuationem vocis Kauffgericht, quae alias etiam hoc iudicium denotat, non ab emendo, sed mercando, peti voluerit. Conf. supra §. 13. & die Onoltzbachische Ordnung §. 19. allegata. Caeterum formulas petendi das Gastrecht, hoc decernendi, & in eo ulterius procedendi vid. ap. FRIEDLIEB. *l. c. in fast. formul. ad c. 20.* Citationem zum Gastrecht ex cancellaria Vinariensi die 16. Aug. 1621 extraham exhibet SCHILT. *de jur. peregr. §. 47. not. a.*

## §. XXIII.

Prima ejus  
instantia est  
coram judicio  
inferiore.

Prima instantia hujus iudicii est coram iudicio inferiore vobis Nieder-Gericht, si scilicet summa, super qua lis oritur, vel causae quae ventilantur, ejusmodi sint, vt coram iudicio inferiore dijudicari possint. Constat hoc tam ex *Jur. Lub. L. 4. T. 4. art. 12.* Stellet einer wieder den andern in den Nieder- oder Gast-Gericht &c. vbi iudicium inferius & peregrinorum per

per vocem vel copulantur, adeoque pro synonymis haberi videntur; quam jure nostro *ROSTOCHIENSI*, vid. *ord. jud. P. 2. T. 6* von des Nieder-Gerichts Procuratoren Besoldung, vbi §. 4. ita legitur: jedoch soll \* \* \* sondern soll so wohl des einen als des andern Theils Procurator des Nieder-Gerichts, von einer Gast-Rechts Sache in prima instantia an 8 fl. Lüb. sich genügen lassen. Si tamen quantitas summae, vel qualitas causae litigiosae requirit, etiam coram judicio superiore statim peti debet das Gast-Recht; imo si non aliter, tamen ob appellationem interpositam, a judicio superiore aperiri potest. Comprobat hoc *ordinat. nostra Rosloch. L. 2. T. 11.* vom Gast-Recht, §. 12. Inmassen er denn auch \* \* \* und er davon an unser Ober-Gericht appellirt hat. & *P. 2. T. 9.* von der appellation: vbi inter sententias judicii inferioris, a quibus ad judicium superius protuocare licet, etiam referuntur sententiae in judicio peregrinorum latae die Gastrechts-Urtheile. Haec enim sunt verba §. 4. Jedoch soll der appellant \* \* \* und von Gast-Rechts Urtheilen, bald den nachstfolgenden Rechts-Tag vor uns anhängig zu machen, &c.

## §. XXIV.

Processus in hoc judicio vsitatus est summarius. Quenam Processus vero sit ratio processus summarii hic late exponere, supervacaneum erit. ex DD. enim processus indolem exponentibus, & decantatissima illa *Clem. saepe de V. S.* abunde jam de illa constat. Illud certum est, vti omni processui summario substantialia processus, quae jure naturali requiruntur, inesse debent ne fiat tumultuarius, *Ill. BOEHMER. J. Eccl. L. 2. T. 1. § 3. seq.* ita etiam in modo peregrinorum causas decidendi hoc observandum erit. Caeteroquin pleraque, quae ad processum ordinarium spectant, hic negliguntur, & sola facti veritate inspecta proceditur. Feriae alias consuetae, exceptis tamen diebus

D  
sacris

facris & festis, non attenduntur, sed in illis quoque peregrinis jus dicitur. Dilationes amputantur. Tempora iudicati ordinaria praestituta abbreviantur. Quantum fieri potest executio acceleratur. Et vti DD. communiter processum hujus iudicii describere solent: brevissimis praefixis terminis, plerumque ad summam trium dierum von 3. Tagen zu 3. Tagen, nonnunquam de die in diem von einen Sonnenschein bis zum andern, dilaciones conceduntur, ac deinde sententiae feruntur, nec sententiae executio ulterius suspenditur; sed aut solvere tenetur reus bey Sonnenschein, aut carcerem ingredi selbst Bürge werden, nisi in continenti appellauerit, & de iudicio fisci sufficientem cautionem praestiterit. MEV. ad J. Lub. C. 3. T. 1. art. 1. n. 52. ad L. 5. T. 8. n. 2. SCHILT. de jur. peregr. §. 47. SCHOTTEL. l. c. §. 1. RHETIVS Diff. de Hospitatura. C. 4. §. ult. FRIEDLIEB. l. c. §. 2. vno verbo: citissime, levato velo, de simplici ac plano controversiae peregrinorum dirimendae sunt. Et ita quidem generaliter obtinet. Quenam vero singularia in hoc vel illo loco circa iudicii hujus formam recepta sunt, ex ordinationibus judicialibus & praxi addiscere oportet. Nec opus videtur, quae in foro nostro ROSTOCHIENSI circa quoslibet processus hujus partes observari assolent, hic pluribus transcribere. Totus enim titulus saepe cit: vom Gast Recht, nobis exscribendus erit. Consulat rei hujus cupidus ipsam ordinationem, vbi c. l. de feriis §. 3. de citatione §. 5. seq. de contumacia rei §. 8. seq. de cautione §. 11. seq. de appellatione §. 15. It. P. 2. T. 9. §. 4. de executione in prima instantia §. 7. in secunda instantia §. 18. seq. fusius & accurate satis agitur, vt ego labori huic facile supersedere possim. Duo saltem loca adferam. Primum ex §. 10. Tit. 11. vbi ita dispositum: Da aber auch der Beklagte auff die ihm angekündigte citation erscheinet, und der Kläger seine Klage anbringet, soll der Beklagte darauff als bald antworten, und beyde Theile ferner darauff bis zur Urtheil summarischer Weise verfahren. Secundum ex P. 2. T. 6. vbi in

etiam hic  
Rostochii.

in § 4. haec verba leguntur : Jedoch soll zu solcher Besoldung keine Parthey in Gastrechts-Sachen , weil in denselben der ganze Proceß gemeynlich in einer Audientz geendiget wird , &c. Ex quibus de natura processus in iudicio hoc vsitati facile iudicare licet.

§. XXV.

Coronidis loco saltem addo quaestionem: an peregrinus huic iudicio possit renuntiare? De qua tamen affirmanda neminem facile dubitaturum esse puto. Si enim verum est brocardicum: quilibet favori pro se introducto potest renuntiare, etiam hic illud obtinere debet. Distinguendi saltem mihi videntur casus. Aut enim peregrinus agit cum peregrino, vel agit cum cive. Priori casu; sine consensu alterius iudicio huic renuntiare non poterit, quia aequalis est vtriusque favor, & nemo alteri invito jus quaesitum potest auferre. Posteriori vero licita erit renunciatio, etiam invito cive, quia non in ejus sed peregrini fauorem iudicium hoc introductum, nec illi praesudicium fit, si coram foro suo ordinario trahitur. Verum enim vero casum hunc non facile extitutum esse lubenter censeo, quia neminem sibi ipse ita obsuturum esse confido, ut breuissimas juris sui adipiscendi vias relinquat, & processus ambages eligat. At haec sunt, quae de iudicio sum- mario peregrinorum vom Gast-Recht in medium proferenda esse duxi. Optandum sane esset, ut simplex in hoc iudicio procedendi modus, in aliis quoque iudiciis introduceretur, quo peregrinis huc dum deformati iuribus, nobis ipsis iterum similes fieremus, & veterem majorum nostrorum simplicitatem, atque erga litium protelationem odium, tam publico reipublicae, quam priuato singulorum commodo adeo con- ducens, induere maximo nosmetipsorum damno non detractemus. Sed haec inter pia desideria.

An illi pos-  
sit renun-  
ciari?

Conclusio  
Dissertatio-  
nis.

Soli DEO Gloria!

D 2

Nobi-

Nobilissimo atque Doctissimo DOMINO RESPONDENTI,


S. P. D.

P R A E S E S.


**E**X quo Tua, *Nobilissime* MASCOVI, mihi frui licit consuetudine, in ligni sane Te amoris affectu prosequendum duxi. Mores quippe Tui ad omnem modestiam compositi, miraque sese commendantes suauitate, vnumquemuis in Tui rapiunt existimationem Ingenii vero ac iudicii Tui virium ea est facies vt cuicumque eae vel ex aliqua parte perspectae sunt, non possit non eam animo concipere sententiam, Te eum esse, qui ad magna felicissimo cum successu molienda atque expedienda, natus est. Accessit his insignis plane industria ac laboris improbitas. qua Te Studiis, quibus Te dicare voluisti, incumbentem magna semper cum animi satisfactione animaduerti. Prouoco ad testimonium *Summe Reuerendi nostri* AEPINI, *Fauoris mei aestimatissimi, nullo non pietatis, honoris, ac obseruantiae cultu ad cineres usque deuenerandi*, cuius fidelissimae ac solidissimae informationi in philosophicis pariter ac Theologicis Te huc dum maxima cum laude tradidisti. Mutasti quidem nuperrime nec, vt confido, temere consilium, atque ad Themidis castra transiisti. Sed nescio quid magni statim ex hocce Tuo proposito auguratus sim. Spero enim, si futura diuinare licet, Te pressurum esse vestigia eorum, qui postquam studium Theologicum cum iudicio commutarunt, principem fere inter Ictos locum doctrina ac meritis suis adepti sunt. Cui ignota sunt nomina? BRVNNEMANNORVM, STRYKIORVM, RITTERSHVSIORVM, ZIEGLERORVM, GVNDLINGIORVM, LVDEVVIGIORVM, ob eximiam eruditionem, summaque in omnem jurisprudentiae partem, totumque orbem litteratum, merita, inter eruditos immortalia. Nec desunt in nostra Academia, quos in censum horum referam. Puto *Duum viros Illos in hac Alma Furiam Antecessores celeberrimos, Illustrem DN. CARMON, Virum ob eruditionis famam, meritorum cumulum. Et honoris fastigium, elogio meo longe maiorem, Fauorem ac Patronum meum summa animi obseruantia omni aetate colendum, & Magnificum DN. MANTZEL, in cuius quidem laudes celebratissimas hic excurrere Et Ipsius modestia, Et mea me tenuitas vetat, quem tamen Patronum ac Praeceptorem meum singulari obseruantia omnique pietate ad tumulum usque prosequendum publice hic nominare, deuotissimus Ipsi animus meus postulat. Hosce igitur Viros intuearis, horum Ictorum vestigia laudabili ausu sequaris. Sic satis eris felix atque magnus. Plura nec ego Tibi optare, nec Tu a me expectare poteris. Quod superest, Gratulor & Tibi, de specimine hoc academico, & mihi, quod ego is sim, qui Te primus in cathedram iudicam ad doctrinam & habilitatem Tuam omnibus comprobendam deducere possit. Faxit Deus, Summus omnium rerum studiorumque moderator, vt singula Tibi cedant ex voto, benedicat studiis Tuis, prosperrimosque rerum Tuarum successus Tibi largiatur. Sic Patriae, sic Reipublicae exquisitissimum euades ornamentum. Me vero, vt amore Tuo impofterum prosequi pergas, rogo atque obtestor.* Dab. e Museo Prid. Non. Mart. MDCCXXXIII.

✂ (○) ✂









ba leguntur : Jedoch soll zu solcher Besoldung  
Gastrechts-Sachen , weil in denselben der ganz  
niglich in einer Audientz geendiget wird , &c.  
atura processus in iudicio hoc vsitati facile ju-

§. XXV.

o saltem addo quaestionem: an peregrinus huic  
renuntiare? De qua tamen affirmanda neminem  
esse puto. Si enim verum est brocardicum:  
pro se introducto potest renuntiare , etiam hic  
rebebit. Distinguendi saltem mihi videntur  
sim peregrinus agit cum peregrino , vel agit  
ori casu ; sine consensu alterius iudicio huic  
poterit , quia æqualis est vtriusque favor , &  
ito jus quaesitum potest auferre. Posteriori  
enunciatio , etiam invito ciue , quia non in  
ni fauorem iudicium hoc introductum , nec  
n fit , si coram foro suo ordinario trahitur.  
pro casum hunc non facile extitutum esse lu  
quia neminem sibi met ipsi ita obfuturum esse  
missimas juris sui adipiscendi vias relinquat , &  
res eligat. At haec sunt , quae de iudicio sum  
rum vom Gast-Recht in medium proferenda  
andum sane esset , ut simplex in hoc iudicio  
dus , in aliis quoque iudiciis introduceretur ,  
hucdum deformati iuribus , nobis ipsis iterum  
, & veterem majorum nostrorum simplicita  
a litium protelationem odium , tam publico  
am priuato singulorum commodo adeo con  
uere maximo nosmetipsum damno non  
tactemus. Sed haec inter pia  
desideria.


An illi pos-  
sit renun-  
ciari?

Conclusio  
Dissertatio-  
nis.

Soli DEO Gloria!

D 2

Nobi-



the scale towards document